

PENTA TEUCHVS MOYSI.

Genesīs.

Exodus.

Leuiticus.

Numeri.

Deuteronomium.

IOSVE.

Liber Iudicium.

RUTH.

LUGDVNI.

Per Ioannem Klein.

1529.



**EPISTOLA BEATI
HIERONYMI AD**

Paulinum presbyterum,
de omnibus diuinæ
historiæ librís.



Rater Ambrosius tua mihi munuscula perferens, detulit simul & suauissimas literas, quæ a principio amicitiarum, fidem probatae iam fidei & veteris amicitiae præferebant. Vera enim illa necessitudo est, & Christi glutino copulata, quā nō utilitas rei familiaris, nō præsentia tantū corporū, nō subdola & palpās adulatio, sed dei timor, & diuina rū scripturarū studia cōciliat. Legimus in veterib[us] historijs quosdam lustrasse puincias, nouos adisse populos, maria transisse: ut eos quos ex librīs nouerāt, coram quoq[ue] viderent. Sic Pythagoras Mēphiticos vates. sic Plato Aegyptū, & Architā Tarentinū, eāq[ue] orā Italīæ, quę quondā magna Græcia dicebatur, laboriosissime peragranit: ut qui Athēnis magister erat, & potēs, cuiusque do-


LIBER GENESIS,

Hebraice Beresith.

¶ Verbo dei creātur ac bene dicūtur cę-
lū, terra, lux, firmamētū, sol, luna, be-
stīæ, reptilia, pisces, homo, &c.

CAP V T I.

A



N p̄cipio creauit deus cælū & terrā. Terra aut̄ erat inanis & vacua, & tenebræ erāt sup faciē abyssi: & sp̄ritus dñi ferebat sup aquas. Dixitq; deus. Fiat lux. Et facta ē lux. Et vidit deus lucē q; esset bona: & diuisit lucē a tenebris: appellauitq; lucē diē, & tenebras noctē. Factūq; est vesper & mane dies unus. Dixit quoque Psal. 135a deus. Fiat firmamētū in medio aquarū: heb. 10, b & diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamētū, diuisitq; aquas quæ erāt sub firmamēto, ab his q; erāt super firmamētū. Et factum est ita. Vocauitq; deus firmamentum, cęlum. Et factum est vesper & mane dies secundus. Dixit vero Psa. 135b deus. Congregentur aquæ quæ sub cæ- &. 88. b. lo sunt, in locū unū: & appareat arida.

Cap. i.

ARGUMENTVM IN LIBRVM IOSVE.

Iesus filius Nae, typum domini nō solū in gestis, verum etiam in nomine gerens, transit Iordanē, hostiū regna subuertit, diuidit terrā vīctori populo, & per singulas vires, vicos, montes, flumina, torrentes, &c. cōfinia ecclesiae, caelestisq; Hierusalē spirituā regna describit.

LIBER IOSVE, HEBRAICE IEHOSVA.

S Dominus animat Josue, ad inuadendam terram promissam.

CAPVT L.



T factū est post montē A Moysi serui dñi, vt loqueretur dñs ad Josue filiū Nun, ministrum Moysi, & diceret ei. Moyses seruus meus mortuus est : surge, & trāsi Iordanē istū tu & omnis populus tecū in terrā quā ego dabo filijs Israēl. Deu. ii. c. Omne locū quē calcererit vestigium pe-

LIBER IUDICVM,
HEBRAICE
SOPHTIM.

SIosue mortuo, Iudas dux bellī consti-
tuitur, expugnatur Hierusalem, popu-
li non deleti fiunt tributarij.

CAPVT I.

A



Ost mortē Iosue cō-
suluerunt filij Israell
dominum, dicētes.
Quis ascendet ante
nos contra Chana-
næum, & erit dux
belli? Dixitque do-
minus. Iudas ascen-
det, ecce tradidi terrā in manu eius. Et
ait Iudas Symeoni fratri suo. Ascende
mecum in sortem meam, & pugna con-
tra Chananæum, vt & ego pergam tecū
in forte tua. Et abiit cū eo Symeon. Ascē-
ditque Iudas, & tradidit dominus Cha-
nanæum, ac Pherezæū in manus eorū,
& percusserunt in Bezech decē milia vi-
rorū. Inuenerūtq; Adonibezech in Be-
zech, & pugnauerunt contra eū, ac per-
cusserunt Chananæum & Pherezæum.
Fugit autē Adonibezech; quē persecuti
comprehenderunt, cæsis summitatibus

LIBER RUTH.

SElimelech Bethleemita cum uxore Noemi & filijs peregrinatur in regione Moabitide.

CAPVT I.



N diebus unius iudi A
cis, qñ iudices perat,
facta est fames inter-
ra. Abiitq; homo de
Bethleem Iuda, vt pere-
grinaretur in regione
Moabitide cū uxore
sua, ac duobus liberis: Ipse vocabatur
Elimelech, & uxor eius Noemi: & duo
filijs, alter Maalon, & alter Chelion, E-
phratei de Bethleem Iuda, Ingressis re-
gione Moabitidem, morabatur ibi. Et
mortuus est Elimelech Maritus Noemis,
remansitq; ipa cū filijs. Qui acceperunt
uxores Moabitidas, quarum una voca-
batur Orpha, altera Ruth. Miseruntque
ibi decem annis, & ambo mortui sunt,
Maalō videlicet & Chelion: remāsītq;
mulier orbata duobus liberis ac marito.
Et surrexit, vt in patriam pergeret cum
utraq; nuru sua de regione Moabitide.
Audierat eū q; respexisset dñs populu B
liss, & dedisset eis escas. Egressa ē itaq;